Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quae sier[illegible] musillum. & tunc apparebit nobis; Quidam lxx.ta annos iuxta illud
interpretantur quod scribtum e. Dies annorum nrorum in ipsis septuaginta
annis; qui cum fuerint expleti. tunc ad dnm reuestamur. in toto corde nro & ex
audiamur. & finissit laboris nri ad q: pacientiae. Nunc enim in umbra nos
omnia & imagine possedere; & inueniar a uobis ait dns. & reducam capti
uitatem uram. & congregabo uos de uniuersis gentib: & de cunctis locis atq: ex
pulis uos dicit dns. & reuestiuos faciam de loco ad quem transmigrare uos feci.
quia dixistis. suscitauit nobis dns prophetas in babylonem; haec enim dicit dns.
ad regem qui sedet super solium dauid & ad omnem populum habitatorem urbis
huius. & ad fratres uros qui non sunt egressi uobiscum in transmigrationem; haec
dicit dns exercituum. Ecce mittam in eis gladium & famem & pestem. & ponam eos
quasi ficos malos: eo quod pessime sint. & persequam eos in gladio in fame & in pesti
lentia. & dabo uos in uexationem uniuersis regnis terrae. in maledictionem & in
stuporem & in sibilum & in obprobrium cunctis gentib: ad quas ego eicio eos eo quod
non audierint uerba mea dicit dns. Quae misi ad eos per seruos meos prophetas;
de nocte consurgens & mittens. & non audistis dicit dns; Uos ergo audite uerbum
dni. Omnis transmigratio quam emisi de hierusalem in babylonem. hucusq: in lxx.ta
non habetur; quae asteriscis praenotaui. Caeterae enim in quib: uel singuli uersus
uel pauca ab eis praeter missa sunt uerba uictus tedio adnotare nolui. ne fastidium
legentib: facerem. Pollicetur aut dns his qui erant in transmigratione quod
post lxx.ta annos captiuitatis redire eos faciat de uniuersis gentib: & de cunctis locis
ad quae expulerit eos. & captiuitate laxata pristinum statum & patriam recipere;
& cum haec ego. inquid meas ponte facturus sim & cesto tempr redituros. uos
frustra decipiemini. & putatis uos habere prophetas in babylonem qui uobis
falsa promittant. Ita aut sciatis nequaquam uos reditum nunc sperare
debere sed aedificare domos. Plantare pomaria accipere uxores. & genera
re filios & multiplicari numero. & tempus expectare promissum; Audite quid
dns loquatur ad sedeciam qui nunc regnat in hierusalem. & ad omnes habitato
res urbis eius. id est ad fratres uros qui noluerunt me oboedire sententiae.
& babylonem migrare uobiscum quod nequaquam captiuitatem possint effugi
re. sed gladio & fame & peste moriantur; & ponam eos quasi ficus malos.

quae comedi non possunt

uoluntate